Dissertatio inauguralis de chylificatione, : quam divinâ annuente gratia, ... In Regiâ Universitate Hafniensi ... / sub moderamine ... D. Oligeri Jacobaei ... subjicit Joh. Jac. Woyt ... Ad diem 22 Junii Anno 1697.

Contributors

Jacobaeus, Oliger, 1650-1701. Woyt, Johann Jacob, 1671-1709.

Publication/Creation

Hafniae, [Copenhagen]: Literis Regiae Majest. & Universit. Typogr. Johan. Philip. Bockenhoffer, [1697]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/rk3szwuk

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DISSERTATIO INAU-GURALIS

DE

CHYLIFICA-TIONE

2 vam

Divinà annuente gratia, Consensu Ampliss: Facult: Medicæ,

In Regià Universitate Hafniensi

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisq; in Medicina Honoribus ac Privilegiis ritè & legitime consequendis

VIRI Nobilissimi . Amplissimi , Consultissimiq

D. OLIGERI JACOBÆI

S. R. M. in Supremo Justitiæ Tribunali & Consistorio Assessoris, Medicinæ & Philosophiæ Professoris Regii, Patroni ac Promotorisætatem

/ venerandi

publico placidoq; Eruditorum examini subjicit IOH. IAC. WOYT

ELBINGA PRUSSUS.

Imprimatur, E. BARTHOLIN.

Ad diem 22 Junii Anno 1697, loco horisq; solitis.

HAFNIÆ, Literis Regiæ Majest & Universit. Typogr. Johan. Philip. Bockenhoffer.

AUGUSTISSIMO SERENISSIMO AC POTEN-TISSIMO PRINCIPI ET DO-MINO DN. FRIDERICO TERTIO MARCHIONI BRANDEN-BURGENSI

S.R.J. ARCHICAMERARIO & ELE-CTORI PRINCIPI

Magdenburgi, Prussiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium Stetini, Pomeranorum, Cassubiorum, Vandalorum, in Silesia Crosnæ & Carnoviæ Duci,

Burggravio Norimbergensi, Principi Halberstadii. Mindæ & Camini,

Comiti ab Hohenzollern, Marcæ & Ravensbergæ, Domino Ravensteinii & Terrarum Lawenburgi & Bütovii &c. &c. &c.

PIO, JUSTO, FORTI, FELICI PATRI PATRIÆ

Principi & Domino meo Clementissimo Felicitatem perpetuam

AUGU-

AUGUSTISSIME SERENISSIME AC POTENTISSIME PRINCEPS ELECTOR DOMINE CLEMENTISSIME.

Adademia, que en vivino folo adrentamento be-

nignificate often excepts, Medica artis audinmentis

imboic, redocemque ex aliis Avademiis vere

materno affectuamplecticur. Qvo facto illa im.

mortalem in Dominum from ac DEPM Tujela-

rem Pictatem miki ingenciavit, quata pagellis

Vando cum excelso SERENITATIS

VESTRÆ sastigio & dissertatiunculæ

hujus & autoris ejusdem conditionem

confero, non possum non timore ple-

nus ad pedes TANTÆ MAJESTATIS advolvi, & infignis me audaciæ accusare, qui Magni illius FRIDERICI BRANDENBURGICI nomine juvenilium horum conatuum frontem illustrare sustinuerim. Erigit autem ex adverso summa illa & incredibilis, qvam in tanto culmine omnes Sceptro BRANDENBURGICO subjecti humillimé admirantur, CLEMENTIA, & trepidantem non spe tantum, sed & siducia implet, fore ut SERENITAS VESTRA, exiguum hoc pe
Qoris devotissimi Specimen, fronte, qvæ ILLI propria est, excipiat. Equidem non contigit

mihi ea felicitas, ut sub Alis AQUILÆ BRAN-DENBURGICÆ nascerer: vindicavit tamensibi hospitem jam dudum Alma, qvæ ad Pregelam est Academia, quæ ex vicino solo adventantem benignissimè olim excepit, Medicæ artis rudimentis imbuit, reducemque ex aliis Academiis verè materno affectu amplectitur. Qvo facto illa immortalem in Dominum suum ac DEUM Tutelarem Pietatem mihi ingeneravit, qvam pagellis hisce probatum eo, neqve unqvam nisi cum anima deponam. DEUM interea supplex veneror, ut SERENITATI VESTRÆ vitam prolixam, imperium felix, Domum ad finem ulqve mundi Horentem, & gyæcunqve Christiani Principis vota esse possunt, cœlitus largiatur.

SERENISS. ET POTENTISS. CELSITY D. VESTRE

Thumillimus Servus

JOH. JAC. WOYT. Elbingenfis.



CUM DEO.

gunctiones Corporis nostri si oculis & Mentis & corporis perlustremus, non nisi Charmoniam admodum concinnam inter Deas deprehendimus, unde non artificii hujus structuram Opificis artificiosissimi latis mirari queamus. Firmiores nos reddet & magis in admirationem rapiet Chylificatio, seu assumptorum varii generis, si saporem, colorem, odo. rem spectemus in chylum laudabilem & candidissimum conversio; Colorum sane Varietas tanta est, quanta fere in universo orbe observatur, unicum artocreas moderna ratione paratum omnem fere colorem exhibet; Nec saporum minor esse solet confusio nam acria cum svavibus. dulcia cum acidis, falsa cum nauscosis acerbisq; commutantur quotidie, (cujus intimiorem tractationem loco Disputationis Inauguralis Tibi L. B. sistere animus est) Hæc autem antequam incipit suam satis testatur harmoniam, ubi primo assumpta si fuerint duriora dentibus masticari Salivâq; imbui. qvæ fermentationis rudimenta habet inde per canalem œsophagum nempe ad officinam à natura destinatam Ventriculum puta demandari necessum habent, ubi reliquas patiantur alterationes. Totum autem chylificationis negotium sex punctis absolvi & sufficiens & commodum erit; horum primum dabit objectum s. Materiam (2) Officinam (3) Causam efficientem (4) Modun

dum (5) Tempus huic negotio destinatum & denio; (6) Finem. Hæc ut selicitèr cedant, faxit Numen Clementissimum, cujus tutelæ Me committo.

S. I

Ut ordinem modo promissum servem, primo se sistit Objectum, seu Materia chylisicationi apta, qvæ non nisi alimenta seu cibus potusq; sunt: Horum enim insignis est differentia, alia sunt evpepta, alia dispepta, item alia evchyma, alia minus talia seu qvæ paucum & non laudabilem suppeditant chylum. Chylus proinde exspectandus modo laudabilis, modo minus talis pro assumtorum conditione.

J. 2

Monendum autem hie non omnia in chylum abire quæ in Ventriculum ingeruntur, assumuntur enim sæpe per errorem putamima nucum &c. neq; etiam Strutiocamelus ferrum aut pennata saburram lapillosq; in chylum convertunt pro nutrimento, sed assumunt potius ad promovendam reliquorum assumtorum digestionem. Nam hæc ipsa duriora non sunt alimenta sed peregrina, ideoq; etiam extra sphæram chylisicationis posita, perperam igitur solutio eorum à Spiritibus expectatur.

J. 3.

Partes omnes in toto corpore hærentes. si physiolo gicè consideremus, nullam aliam huic negotio convenientissimam inveniemus quam Ventriculum, qvi insigni gaudet cavitate. situs hujus statim sub diaphragmate est inter hepar & lienem ita ut orificium superius, in dextrum, inserius in sinistrum inclinet latus, siguram sphæricam oblongam refert, ita ut non incommodè cum tibia utsiculari comparetur. Tunicis instructus est quatuor, mem.

131013

membranosa, carnea, nervosa & villosa. Vasa varia tam arteriosa quam venosa habet item lymphatica circa Ventriculum prodeuntia ut reliqua præteream, quæ ex Anatomicis peti poslunt.

Hisritè perpensis satis apparet, nihil in toto nostro corpore officinam chylificationi æq; commodam præbere ac Ventriculum. Vox autem officinæ ideo arridet, qvod Ventriculus se non organice habeat in Nobis, ita ut qvicquam aliud ad chylificationem conferat quam locum saltem, res exemplo fiet clarior, longe alia est ratio mallei tanqvam organi, alia officinæ si respectum habeamus ad fabrum; ita sane cum Ventriculo comparatum est, hic locum tantum concedit, unde non tam organi quam officinæ nomen mereri qveat.

J. 5.

Antequam ad causam accedam, quæri posset an solus Ventriculus huic negotio sussiciat? Plurimi ex Modernis hoc negant & reliqua quoq; intestina in consortium rapi-Argumentum qvo suam firmari conantur opinionem partim à similitudine structuræ partimab identitate lymphæin intestinis æq; ac Ventriculo inventæ desumptum est, sed argumentum hoc admodum lubricum est, nam zsophogum & intestina reliqua si spectes, eandem ferè invenies Structuram, quod Anatomia confirmat, ergone & hæc præbent locum chylificationi, qvod neuti-qvam concedendum, sufficit igitur solus Ventriculus qvi pro officina satis commoda haberi queat.

Causam efficientem in chylificatione si quaramus. multiplicem atq; variam à Veteribus pariter ac Neotericis audiemus. Veteres qvod attinet, crediderunt hi per coctionem absolvi digestionem ope caloris nativi, ut his brevibus satisfaciam, nego calorem qua talem digerere, accedens enim est ex motu Spirituum in Ventriculo, per se itaq; nil facit ad digestionem. Probant hoc pisces, ranæ. Serpentes, Viperæ &c. qvorum corpora actu sunt frigidissima, & tamen digerunt non aliter ac reliqua animalia actu calidiora.

Jam accedunt Humoristæ, qvi nescio qvalem humorem fingunt tanqvam chylificationis caufam : Horum alii per modum fermenti acidi, alii per modum menstrui solventis humorem hunc se habere somniant. qvod sit humor satis testatur dissensus autorum, dum alii eum connatum, alii ex cibis potuq; relictum, alii inspiratumex liene, alii item acidum, alii salsum, alii insipidum &c. volunt. Amequam ad cautant .800

His quoq; jam respondendum erit, quod itaq; fermentum acidum attinet, hoc neg; nativum sed potius summe nocivum esse Infantes docent, si enim in horum Ventriculis acidum hæreret fermentum mox lac semper coagularet. Imo in Phthisicis & Podagricis qvi lacte praprimis caprino tam pro alimento quam medicamento utuntur, coagularetur ab acido fermento, unde sic argumentor: Qvod coagulat lac in Ventriculo, illud summe nocivem est. Omne acidum coagulat lac. E. addo & hoc inutile est tale fermentum acidum, nam assumta pingvia non attingit, sic nemo acidissimo Spirit. Vitriol. vel aqvasort solvet aut extrahet pingvedinem, facilius autem per costionem in aqva simplici extrahi potest pingvedo qvam per fermentum acidum. Væigitur Vestphalis si lardo vescantur solutionem illam Ventriculi non admittente, Væ qvoq; infantibus qui lacte nutriuntur materno, nam & hoc coagularetur in caseum quam solvatur vel fermentetur. Non incommodè huc revocari potest elegans apud Diemerbræck historia in Anat. lib. 1. cap. 7. p. m. 25. annotata; Testaturenim de se ipso, postquam cum Sociis in itinere jejunasset ad sesqvidiem, se non amplius famem sensisse ad tertium usq; diem, sed Corporis saltem debilitationem. Scire autem velim, qvorsum tunc abierit fermentum acidum, qvod sif. n. adfuisset summam potius contraxisset acrimoniam.

Inspiratio quoq; imaginaria est, neq; enim in liene secundum naturam est acidum, neg; via è liene in Ventriculumest. Menstruum omnia solvens pari modo admitti non potest, quodsi enim carnem, ossicula & quavis promiscue solvit, eccur vero Ventriculum ipsum sinit intactum in desectu nutrimenti, ita enim de liquore alkahest fabulantur, eum quoq; vas suum recipiens arrodere, si nihil habeat, in qvod agere queat.

Qvodsi igitur non fermentum, neq; menstruum omnia solvens admitti potest, alia erit investiganda causa, illaqi connata vitalis, que exacte satisfacere queat huic negotio. Conceditur nimirum ab omnibus, nutritionem non nisi continuatam formationem Hominis esse, quantehacin utero incheabatur. Posito hoc tanquam firmo, nihil sane impedir quo minus affirmem eundem illum Spiritum, qvi Virtute plastica gaudet & qvi primo sætum sormat, ejus qvoq; partes postmodum nutrit, &

conservat, atq; omnia media subministrat, qvæ ad nutritionem facere possunt, alimenta & appetere & digerere & assimilare in adultis, qvi in embryone initium fecit omnium functionum animalium; ex his fatis liquet causam efficientem & veram chylificationis non nisi Spiritum nostrum vitalem esse. Verissimum enim est, omnia quæ Vires ac Spiritus restaurant, promovere chylificationis opus.In apepfia & Ventriculi imbecillitate qvid conveniens tius est vino generosiori aut aromatibus, hincq; paratis cum Spirit. Vin. elixiriis , aq. Vit. Spirit. mastichin &c. Econtra & hoc verum est, omnia qvæ Spiritus alterant aut dissipant chylificationem alterare & impedire. Prolixius hanc rem expedivit Celeberr. Rivinus Physiol. ac Botanic. P.P. in Acad. Lipsiens. Præceptor meus ad urnam venerandus, in Dissert de acido Ventriculi fermento, qvam L. B. adire qveat.

J, II

Modus chylificationis ut clarior fiat, illustrabo illum exemplo culinari vel chymico. Notum enim omnibus est, duriora folida per coctionem eatenus emolliri vel resolvi per digestionem, quatenus particula ignea corpora permeantes commovent quicquid moveri poterit, ita enim aquosum oleosum aquicquid fluorem admittit ex poris solidorum corporum expellitur. Quod vero durius est mollius evadit, dum se particula aquosa aquosa fluida in poros ejus insinuant.

J. 12.

Ita non dissimili ratione Spiritus plusquam igneæ & summè activæ mobilesq; particulæ, dum in Vintriculi contenta penetrant, eaq; hinc inde movent commoventq; necessum est ut eadem spumescant emolliantur ac in liqua-

men ejusmodi chylosum abeant, itaq; ignis vitalis plus præstat, qvam ullus alius qvacunq; arte modificatus; Igneos autem esse Spiritus si aliunde demonstrari non posset, satises hoc unico apparet qvod ex Spiritus Vini vel frumenti copiosius hausti in ipso qvoq; Ventriculo incendium patiatur, prout observationes id abunde testantur.

S. 130

Tempus qvod concernit Chylificationi destinatum, præcisè hoc determinari non potest; siqvidem insignitèr variat, mox enim acceleratur mox iterum retardatur, hoc qvidem (1) juxta dispositionem hominum & virium naturæ diversitatem (2) ratione assumtorum tam in qvantitate qvam qvalitate consideratorum. In genere tamen notandum successivam non simultaneam esse, ita ut qvanqvam omnia simul qvasi concoqvantur in Ventriculo, alia tamen citius alia tardius in chylum convertuntur & in intessina derivantur.

S. 14.

Finis quem natura in hoc negotio intendit elaboratio chyli est seu chylus, cujus sapor, color, odor & consistentia examinari merentur, quanquam huc propriè non pertineat, cum chylus nondum purus & ab omni seculenta liberatus. Saporem chyli varium deprehendimus pro assumtorum varietate: Ponamus alium abuti salsis, alium dulcibus, acidis alium, putasne alium saporem quam qui assuma redolet Te accepturum, probat hoc odor Judzorum qui cepis vescuntur, aliorumq; rusticorum, ut Vaccas taceam quz si porris vescuntur lac & butyrum porraceum przebent. Firmum itaq; est, quis sapor ex assumtis przedominatur, eum chylum quoq; acquirere.

S. 15. Com

men einsmodi chylofuan. Freite, itaqsignis victis plus Colorem lacteum chyloesse nemo ibit inficias, unde

vasa etiam quæ chylum vehunt laclea dieuntur. Vasa hæc duplicia sunt vel primi generis aut inventions, quorum Inventor Casp. Asellius, que chylum abintestinis ad glandulas meseraicas & lumbares deferunt; vel secundi generis aut inventionis à Pecqueto inventa, que chylum per has glandulas secretum recipiunt & ad chyli recptaculum amandant. Sed redeamus ad colorem, dependet hicunice ab unione particularum oleofarum seu pingvium cum aqvosis; videre hocest in emulsione ubi pingvia seu oleosa si cum aqvis uniantur, in colorem lacteum abeunt.

S. 16. Consistentia deniq; chyli insigniter etiam variat, alia est in Ventriculo pulmenti nempe speciem ibi præse fert. quod ex vomitu patefit; alia consistentia est si in vasis lacteis spectetur, notabiliorem ibi acqvisivit fluorem maximè in vasis secundi generis, item receptaculo lumbari &

ductu thoracico.

03 , 1005. 217.0

ell feu chy us , Habes itaq; L. B. de chylificatione conatus meos, qvos vel in bonam partem accipere, vel omissa supplere, vel que minus palato tuo arrident emendare Tibi erit in-Deo autem Triuno sit pro concessis viribus, Laus Honor; & Gloria in omnia fecud tadorq mo w lorum fecula.

